



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Svmmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Conscientia licet erronea, obligat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41716**

*Conscientia licet erronea, obligat.*

**C**onscientia etiam erronea obligat, in tantum quod si conscientia alicuius haberet, quod sperere in Ecclesia esset peccatum mortale, & tamen contra perseverantem talem conscientiam speret in Ecclesia, peccaret mortaliter, quia quantum in se est, consentiret in peccatum mortale formaliter. Et similiter si conscientia distat, quod est veniale, & tamen facit, peccat venialiter: quia quantum est ex parte sui, consentit in peccatum veniale formaliter. Deponat autem huiusmodi erroneam conscientiam, ex se vel aliorum consilio: & sic libere operetur ut alii operantur.

*Contemptus in moralibus dupliciter considerandus.*

**C**ontemptus dupliciter in moralibus sumitur. Primo ut est peccatum, quia scilicet aliquis spernit proximum. Et ut est causa peccati, prout dicitur unus peccare ex contemptu, alius ex infirmitate, alius ex ignorantia. Et primo quidem modo si proprie & formaliter intelligatur, est peccatum mortale ex suo genere: quia est actus iniurius proximo, lædens, quantum in se est, notabiliter proximum. Contemnere enim proximum, importat affectum deprimentem proximum à sua æstimabilitate: opponitur siquidem contemptus proximi, æstimationi illius. Et quantum bonum est homini æstimari, tantum malum ei infert, contemni. Constat autem hominem à multorum consequutione bonorum impediri ex hoc quod despicitur, & multum se sentire offensum quicumque sentit se despici: restantur hoc iræ, rixæ, pugnae, scismata, bella, & innumera mala quæ homo committit ex hoc, quod despici non suffert. Quia igitur notabilis proximo irrogatur iniuria, ex hoc quod despicitur, patet quod contemptus proximi est peccatum mortale,

for.